

Pius II. bestätigt auf Bitten des NvK die Stiftung des Hospitals zu Kues und beilt etwaige Formfehler. Er gewährt dem Hospital die Exemption aus der bischöflichen und pastoralen Gewalt, die Freiheit von allen Abgaben sowie die Unwirksamkeit von Kirchenstrafen gegen das Hospital.¹⁾

Or., Perg. (Bulle an Seidenschnur): BERNKASTEL-KUES, StB, Urk. 37.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 473 f. 164^v-166^v; (Vidimus von 1464 Oktober 25): BERNKASTEL-KUES, StA, Urk. 50; (Vidimus von 1469 September 9, Koblenz): BERNKASTEL-KUES, StB, Urk. 66.

Druck: Kortenkamp, Urkunden 112-115 Nr. 158.

Regest: Krudewig, Übersicht IV 264f. Nr. 42 und 56; Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 691 Nr. 4951 und 639 Nr. 4563; G. Neusius, in: Aris, Horizonte 211 Nr. 169 (mit Faksimile); Kortenkamp, Urkunden 142 Nr. 76; 178 Nr. 101.

Erw.: Marx, Armen-Hospital 63 Anm. 2, 112f. (jeweils mit Datum 2. Januar 1458); Vansteenberge, Cardinal 459 Anm. 3; Meuthen, Die letzten Jahre 181 Anm. 7; Meuthen, Zeltingen und Rachtig 71; Hensel-Grobe, Funktion und Funktionalisierung 195, 201; Hensel-Grobe, St.-Nikolaus-Hospital 56; Tritz, Sebätze im Himmel 117f.; Frank, Reform der Hospitäler 170.

Pius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Provida Romani pontificis plena vigiliis sollicitudo sancte Romane ecclesie cardinales, quos tanquam precipuas et sublimes ecclesie predictae columnas divina gratia prerogativa sublimavit et pre ceteris insignivit celestium carismatum donis, quique ipsi pontifici summissis humeris secum incumbentes sibi dominici gregis et totius orbis curas parciuntur in eorum votis et petitionibus exaudiendis potissime, cum ea pietatis et miserationum opera 5 concernunt, tanto se liberaliorem reddit, quanto ipsi alios dictis donis propensius antecellunt.

Sane sicut pro parte dilecti filii nostri Nicolai tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis nobis nuper exhibita petitio continebat, ipse dudum in celestibus thesauris desiderans et seminare in terris, quod multiplicato fructu recolligere possit in celis²⁾ provideque considerans, quanta deus, omnium largitor bonorum, remuneratione preveniat pia hospitalitatis et miserationum opera pauperibus et miserabilibus personis impensa, circa capellam sancti Nicolai sitam infra limites parrochialis ecclesie ville Cußa ex opposito opidi Berncastel prope fluvium Mosellam Treverensis diocesis, antiquam quandam capellam demoliri et ibidem de bonis sibi a deo collatis opere sumptuoso, in quo ultra decem millia florenorum auri de Reno expendit, capellam novam cum ambitu, refectorio, domibus ac cellis et aliis necessariis officinis pro hospitandis ac recipiendis et alimentandis inibi Christipauperibus et miserabilibus personis ipsorumque ac ministrorum illis obsequentium necnon quorundam presbiterorum, qui in dicta nova capella divina celebrent officia ipsorumque pauperum in ipso hospitali pro tempore degentium et ministrorum animarum curam gerant et illis ecclesiastica sacramenta ministrent, construi et edificari fecit, in hiis bone memorie Jacobi archiepiscopi Treverensis³⁾ intervenientibus auctoritate et consensu, ipsa edificia cupiens in hospitale pauperum sub vocabulo sancti Nicolai per nos erigi et instaurari, et eidem sic per nos 20 erigendo hospitali pro pauperum ac ministrorum et presbiterorum ipsorum sustentatione omnia immobilia per quondam Johannem Criffcz⁴⁾ genitorem suum tempore obitus sui relicta, in predicta ac in dicti opidi necnon in Dronaepiscopi⁵⁾ dicte diocesis parrochialium ecclesiarum parrochiis ac alibi consistentia, ac domum olim dilecti filii Mathie scabini⁶⁾, mariti dilecte in Christo filie Margarete⁷⁾, ipsius cardinalis

1) Vgl. den Expeditionsvermerk vom 30. Oktober 1459; ROM, Arch. Vat., Annatae 12 f. 190^v: Dicta die una bulla pro re^{mo} domino Nicolao tituli sancti Petri ad vincula super erectione hospitalis pauperum sub vocabulo sancti Nicolai in diocesi Treverensi sub dato Rome, iiii non. januarii anno primo. Registrata in camera. Gratis etc.

2) 2 Kor. 9,10. Vgl. die Arenga der Stiftungsurkunde Nr. 5800 Z. 7f. Auch die folgende Passage und die erwähnten Personen sind sehr eng an den Wortlaut der Stiftungsurkunde angelehnt. NvK hat vermutlich (wie allgemein üblich) den Text selbst mit konzipiert.

3) Jakob von Sierck, Eb. von Trier (1439-1456).

4) Henne Cryffz, Vater des NvK.

5) Bischofsabron bei Morbach südwestlich von Kues.

6) Matthias, Trierer Schöffe und Ehemann der Margarethe Cryffz.

7) Margarethe, Schwester des NvK.

25 germane, cum suis pertinentiis in civitate Treverensi sitam, aliaque etiam mobilia bona per eundem
cardinalem iusto emptionis titulo acquisita, que et alia, que etiam ex testamento dicti cardinalis⁸⁾ eidem
hospitali accrescent, viginti millium florenorum similium valorem conscendent, perpetuo applicavit et
appropriavit, ipsisque appropriatis bonis ad hoc, ut per nos eidem hospitali in dotem perpetuo assignen-
tur, in manibus nostris sponte cessit et illorum dominium in nos pro eadem assignatione facienda libere
30 transtulit, nonnulla(s) etiam ordinationes circa numerum et qualitatem personarum pauperum videlicet et
ministrorum in eodem hospitali recipiendorum ac institutionem inibi presbiterorum faciendas fecit,
prout in quibusdam suis inde confectis litteris⁹⁾ eius sigillo munitis plenius asseruit contineri.

Quare pro parte dicti cardinalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut omnibus premissis per ipsum
cardinalem, ut premittitur, gestis robur apostolice confirmationis adicere ac omnes defectus, si qui for-
sitan ex omissione solemnatum, que in similibus cessionibus, translationibus, applicationibus et appro-
35 priationibus in civitate et diocesi ac parrochiis predictis fiunt, ut videlicet sub certis modis et formis et
iudicialiter coram presidentibus in iudicio trium et dimidie curiarum ac in locis, ubi bona predicta consi-
stere noscuntur, de iure vel consuetudine adhibendarum aut alias quomodolibet intervenerint supplere
necnon ut pauperes, ministri, presbiteri et alie dicti hospitalis persone ab omnibus perturbationibus et
40 gravaminibus liberi in dicto hospitali quietius se divinis beneplacitis coaptare possint, idem hospitale cum
omnibus possessionibus, fructibus, redditibus, proventibus et bonis, que nunc per prefatum cardinalem
illi elargita sunt et ex testamento predicto accrescent et que in futurum largitione Christifidelium adipisci
poterint necnon dictis pauperibus, ministris, presbiteris et personis ac omnibus eorundem bonis sub beati
Petri atque nostra et apostolice sedis protectione suscipere ipsaque eo speciali emptionis privilegio, quo
45 ab omni adversitate tueri possint, communire de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur prefati cardinalis assertionibus super premissis nobis expositis plenam non immerito
fiduciam adhibentes necnon applicatorum et appropriatorum bonorum huiusmodi designationes et
confinia illorumque veros valores ac ordinationum et litterarum tenores necnon solemnitates in appro-
bationibus, cessionibus et translationibus huiusmodi requisitas harum serie pro expressis ac omnia
50 premissa per prefatum cardinalem, ut premittitur, gesta, rata et grata habentes ac omnes defectus, si ex
omissione solemnitatum huiusmodi aut alias quomodocunque aut qualitercunque, etiam de quibus in
presentibus, ut ille quoad hoc valide censeantur, specialis mencio habenda fuerit, intervenirent in eisdem
auctoritate apostolica ex certa sciencia supplentes, ea omnia eadem auctoritate et eorundem presentium
tenore de simili sciencia confirmamus et approbamus ac volumus et statuimus ea perpetuum firmitatis
55 robur obtinere debere etiam perinde, ac si servatis omnibus solemnitatibus predictis et alias nulli in illis
defectus intervenissent. Et nichilominus predictas cessionem et translationem admittentes, predicta bona
applicata et que dicto hospitali ex prefato testamento accrescent iuxta eiusdem testamenti formam et
tenorem, de novo eidem hospitali perpetuo donamus, applicamus et etiam appropriamus ipsaque edificia
in huiusmodi hospitale sub nomine et vocabulo sancti Nicolai erigimus et instauramus.

60 Preterea hospitale predictum cum pauperibus in illo pro tempore degentibus ac ministris, presbiteris et
personis eisdem presentibus et posteris necnon omnibus et singulis bonis appropriatis et que in testa-
mento predicto ipsi hospitali accrescent aliisque, que in futurum prestante domino poterint adipisci et
que etiam ad ministros, presbiteros et personas ipsas pertinuerint, in ius et proprietatem beati Petri et
dicte sedis ac sub earum protectione suscipimus acque nostra ac ea ab omni iurisdictione, dominio et
65 potestate archiepiscoporum Treverensium pro tempore existentium, legatorum natorum et aliorum
quorumlibet iudicum, ordinariorum necnon a subiectione plebanorum seu rectorum parrochialium
ecclesiarum, sub quarum limitibus hospitale ac persone et bona huiusmodi consistunt, ac a prestatione et
solutione quorumcunque subsidiorum, steurarum, quartarum, procurationum, decimarum, oblationum,
iurium parrochialium ac synodatici et cathedratici, gabellarum, talliarum, pedagogii, theolonii, exactionum,
70 impositionum et onerum tam personalium quam realium aliorum, quorumcunque nomine censeantur
cuiquam seu quibuscunque, etiam si pontificali seu alia qualibet ecclesiastica vel seculari prefulgeant
dignitate seu potentatu ex quavis causa seu occasione prestandis, auctoritate et sciencia predictis prorsus
eximimus et etiam liberamus ac decernimus ea predictae sedi immediate subiacere ita, quod archiepiscopi,

⁸⁾ *Dieses erste Testament des NvK ist nicht erhalten. Es wurde wahrscheinlich aufgesetzt, nachdem NvK von Nikolaus V. die Testierfreiheit gewährt wurde. S.o. Nr. 930 (1450 August 29). Zu den Testamenten des NvK s. jetzt Brösch, Testament 48-65.*

⁹⁾ *Die Stiftungsurkunde Nr. 5800.*

legati et ordinarii predicti et alii quicumque in hospitale, pauperes, ministros, presbiteros et personas ac bona huiusmodi, utpote prorsus exempta, non possint excommunicationis, suspensionis et interdicti 75 sententias promulgare aut alias etiam ratione delicti seu contractus vel rei, de qua agitur, ubicunque committatur delictum, iniatur contractus seu res ipsa consistat, potestatem seu iurisdictionem aliquam exercere, felicitatis recordationis Innocentii pape iii (!) predecessoris nostri circa exemptos edita, que incipit „Volentes“¹⁰⁾ et aliis constitutionibus apostolicis contrariis non obstantibus quibuscunque.

Nos insuper quascunque excommunicationis, suspensionis et interdicti ac alias sententias et quoscun- 80 que processus quasvis in se censuras et penas continentes, quas et quos contra tenorem et formam exemptionis nostre huiusmodi promulgari et haberi contigerit, irritas decernimus et inanes, ac contra huiusmodi nostram exemptionem scienter et temerarie venientes excommunicationis sententiam, a qua ab alio quam Romano pontifice preterquam in mortis articulo nullatenus valeant absolvi, incurrere volumus eo facto. 85

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ratihabitionis, suppletionis, confirmationis, approbationis, voluntatis, statuti, admissionis, donationis, applicationis, appropriationis, erectionis, instaurationis, susceptionis, exemptionis, liberationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis 90 dominice millesimoquadringsesimo quinquagesimo octavo, quarto Nonas Januarii, pontificatus nostri anno primo.

¹⁰⁾ Gemeint ist die Konstitution ‚Volentes‘ Innozenz‘ IV. von 1250/51, die anordnete, dass auch Angehörige exempter Orden sich vor dem bischöflichen Gericht zu verantworten haben; VI 5.7.1, ed. Friedberg II 1082f.